



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

De Baptismo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

BAPTISMVS est integra actio, videlicet merito, & verbis pronuntiatio: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. In his verbis summam doctrinæ Evangelij comprehensam sepe enarramus. Ego baptizo te: id est, ego testifico hac merito te ab aliis peccatis, & recipi iam a vero Deo, qui est Pater Dominus Iesu Christi, qui te per filium Iesum Christum redemptum sanctificat a Spiritu sancto. In huius veri Dei nomen, id est, incarnationem, te baptizo, quem agnoscet & inuocabis, & discernas omnibus commentitij nominibus: & certo statutis tibi tribuimus, quæ in Euangelio promisi: te esse membrum Ecclesie Dei per filium redemptam est, & sanctificatur a Spiritu sancto.

HVNQ; intellectum huius fideis teneant hi, quorum in doctrina capax est: & hac testificatione confirmati, credant fidem in peccata, & se vere esse membra Ecclesie Dei, & vera filia eorum Deum innocent: sicut Abraham cogitans de circuncisione, annodatur promissionem venturi seminis, intelligebat se membrum ecclesie Dei, & tolli maledictionem a se quoque; per hoc feme, de qua dictum erat in promissione, Genes. 12. In semine tuo benedecentur omnes gentes. Si C. & Petrus docerent Petr. 3. Baptismus esse stipulationem bona conscientie erga Deum, per resurrectionem Iesu Christi, qui est ad dexteram Dei. Nominatum ait esse baptismum, qua Deus tecum fideum facit, & te sanatis inherenter in conscientie recipit, & tu vicissim cum Deo facis fideum, ut honor verum Deum inuoces, & credas te per filium Dei resuscitatum, morte, & regnante, saluari.

I T A efficax est in te hic fides Dei, sedens ad dexteram æterni Patris, sicut & Paulus inquit Galat. 3. Qui baptizati estis, Christum induistis. Et dari Spiritum sanctum in Baptismo, affirmat ad Titum 3. cum ait: Per baptismum regenerationis, & renouationis per Spiritum sanctum. Et in Johanne cap. 3. dicitur: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest intrare in regnum celorum. DOCEMVS igitur necessarium esse Baptismum: & sennel tantum baptizamus singulos, sicut cunctis semel tantum in singulis fiebat, sed doctrinam de significacione & fidei munere utilissimam, saepem commemoramus.

TINEMVS & infantium baptismum: quia certissimum est, propagationem gratiae ad infantes etiam pertinere, & ad eos tantum Ecclesia inferuntur. Quia de his dictum est, Marc. 10. Simeon pueros ad me venire, quia talium est regnum celorum. Et Origenes habet in σ. cap. ad Roma. Ecclesiam ab Apostolis accepisse modum baptizandi infantes. Nec iudicamus hunc morem tantum oriosam.

vidam esse, sed vere tunc à Deo recipi & sanctificari infantes.
Quia tunc inseruntur Ecclesiæ, ac ad tales promissio pertinet. Ex-
autem de hac re multa scripta in nostris Ecclesijs edita, quibus
dicitur Anabaptistæ.

DE COENA DOMINI.

ET Baptismus, & Cena Domini, sunt pignora & testimonia
gratia, ut antea dictum est, quæ de promissione, & tota redem-
ptione nos commonefaciunt, & offendunt beneficia Euangelij ad fin-
gulos pertinere, qui his ritibus vtuntur. Sed tamen hoc discrimen
est: per Baptismum singuli inseruntur Ecclesiæ, sed Cœnam Domini
si mul etiam voluit Dominus esse nervum publicæ congregatio-
nis: Vult enim Deus ministerium Euangelij publicum esse, non
vol in latibris tantum inclusum teneri Euangelij vocem, sed exaudi-
tiam: vult se agnoscere & inuocari à toto genere humano. Ideo vult
publicos & honestos esse congressus, & in his vult sonare Euangelij
vocem, vult se ibi inuocari & celebrari. Vult etiam hos ipsos con-
gruar, testes esse confessionis & sciunctionis Ecclesiæ Dei, ab alia-
sumgentium factis & opinionibus.

CONVENTUS Iohannes Ephesi cum suo cœtu, & docet Euangelium, & vsu Sacramenti
seus cœtu ostendit se hanc doctrinam amplecti, & hunc Deum in-
uocare, qui Euangelium tradidit, & sciunctum se esse à Diane, Louis,
& alliorum idolorum cultoribus. Vult enim Deus conspicere & audiri
Ecclesiam in mundo, & vult sciunctam esse multis publicis signis
antiquis gentibus. Sic haud dubie suos cœtus habuerunt primi pa-
tri, Adam, Seth, Enoch, Noë, Sem, Abraham: & deinceps poli-
cia Israël habuit multos ritus, vt sciunctione illa à gentibus esset con-
spicitor.

ADDIDIT etiam Dominus peculiarem promissio-
nen congregationi Matth. 18. Vbiq; duo aut tres congregati sunt
in nomine meo, ero in medio eorum. Item Matth. 18. Quicquid per-
stiter consentientes, fieri eis. Et in Psal. 149. Laus eius in Ecclesia san-
ctorum. **S**VNT QVE promissiones, in quibus Deus affiat se
Ecclesiam seruaturum esse, eo dulciores, quia intelligimus cum publi-
cam ministerium in congressibus honestis conferuare & restituere:
sicut & in ipsis verbis Cœnæ inclusa est hæc promissio, cum iubet
annociari mortem Domini, & hanc Cœnam distribui donec vene-
rit. **V**igitur reverentia maior sit in huius Sacramenti vsu, vera
causa institutionis cogitentur, quæ ad publicam congregationem, &
ad singulorum consolationem pertinent. **P**RIMA cauſa est: Fi-
lius Dei vult in publica & honesta congregatione sonare vocem Eu-
angelij. Huius congregationis vinculum vult esse hanc sumptionem;

quæ